

1547 agosto 26, Scorzarolo.

Testamento di Pietro *qm* Giacomo Rivetti di Rovato, eremita della chiesa di San Pietro di Scorzarolo.

Brescia - Archivio di Stato: Notarile Brescia, filza 1859, notaio Giulio Baiguera.

Ediz.: CASANOVA, 1998, pp. 187-188, doc. 8 (con traduz.)

Testamentum Petri quondam Iacobi de Riuettis de Rouado
nunc heremite Ecclesie Sancti Petri de Scorzarolo.

In xpisti nomine amen. Petrus filius quondam Iacobi de Riuettis de Rouato nunc heremita In Ecclesia Infrascripta sanus mente et Intellectu licet corpore languens considerans humanam uitam esse fragilem et caducam Et ob id volens Ita disponi sua bona mobilia et Immobilia ut nulla lis uel controuersia oriatur Inter eius posteros Fecit et condidit suum vltimum Testamentum sine scriptis nuncupatiuum Testamentum In hunc modum videlicet:

[1] In primis quidem animam suam omnipotenti Deo commendauit cum e corpore fuerit egressa.

[2] Item legauit et Iure legati reliquit ut sepeliatur suum corpus In {Capella}¹ Sancti Quiritij de {Virolaueteri}² In vna capsula lignea cura et expensis Infrascripti heredis.

[3] Item legauit et Iure legati reliquit ut dictus Infrascriptus heres teneatur Facere celebrare missas Sancti Gregorij per vnum mensem per Reuerendum dominum presbyterum Thomam de pelatis parochianum In Virolaueteri In remedium anime sue.

[4] Item legauit et Iure legati reliquit quod dictus Infrascriptus heres teneatur et debeat facere celebrare vnam aliam missam ad³ altare positum In dicta {Capella}⁴ Sancti Quiritij per vnum annum continuum statim post mortem dicti Testatoris, Et hoc singulis diebus mercurij tantum In remedium anime sue.

[5] Item legauit et Iure legati reliquit ut dictus Infrascriptus heres Teneatur et debeat cum effectu dare libras decem planet domine Matthee filie magistri Iohannis de Zo {habitanti In scorzarolo.}^m tempore nubili Et hoc amore Dei et In remedium anime sue.

[6] Item legauit et Iure legati reliquit quod dictus infrascriptus heres Teneatur et debeat dare cum effectu domine Iacobine filie Petri de cho vnum guarnellum In laudabili forma tempore nubili Et hoc amore Dei et In remedium anime sue utsupra:

[7] Item legauit et Iure legati reliquit ut dictus Infrascriptus heres Teneatur et debeat dare et numerare cum effectu Faustino et Iohanni Petro {de Riuettis}ⁱ fratribus et fratribus non vterinis dicti Testatoris de dicta Terra Rouadi Soldos uiginti planet pro singulo eorum dandos semel tantum post mortem dicti Testatoris Et hoc pro omni et Toto eo quod dicti fratres et quilibet eorum uel eorum heredes et successores ullo umquam tempore petere uel exigere possent poterant et potuissent ex bonis dicti Testatoris causa et occasione hereditatis uel successionis uel Institutionis uel quacumque alia causa tam tacita quam expressa volens et Iubens || dictos fratres et quemlibet eorum et heredes et successores eorum esse et perpetuo fore quietos Tacitos et contentos In dicto legato.

[8] Item legauit et Iure legati reliquit domine Iacobine filie quondam Petri de capreronibus de Sancto Geruasio et uxori legitime dicti Testatoris ut sit domina donna maior usufructuaria omnium et singulorum bonorum dicti Testatoris cum toto pleno mero atque Integro usufructu

¹ Nel margine, in sostituzione di «Ecclesia», cancellato

² Nell'interlinea, in sostituzione di «scorzarolo», cancellato.

³ Segue: «secundum», cancellato.

⁴ Nell'interlinea, in sostituzione di «Ecclesia.», cancellato.

donec ea uixerit vidua et honesta et ultra legauit et et Iure legati reliquit dicte eius uxori libras Quadraginta *planet* In *contradotem*.

[9] In reliquis autem omnibus et singulis suis bonis mobilibus et Immobilibus Iuribus rationibus Actionibus nominibus debitis creditis presentibus et futuris Et maxime et specialiter In liuellis saluis *suprascriptis* legatis legauit Instituit et Ordinauit suum heredem vniuersalem ser Petrum quondam ser Iohannis de Girellis de Virola algisij uel eius heredes et successores omni melliori modo *etc.* {curatorem autem dicte eius uxoris et iuris Testamenti executorem legauit et esse voluit Dominicum quondam Augustinj de Pelatis absentem tamquam presentem liberans eum *etc.*}^m Cassans [...]

Actum conditum celebratum {et confirmatum}^m fuit hoc presens Testamentum per dictum Petrum Testatorem Iacentem In lecto sito In quadam camera cubiculari domorum Ecclesie Sancti Petri de Scorzarolo districtus Brixie Anno a xpisti natiuitate Millesimo Quingentesimo Quadragesimo septimo Indictione quinta die uero Vigesimo sexto mensis Augusti: Presentibus Reuerendo presbytero domino Thoma de Pellatis parochiano In Virolaueteri. domino Iohanne Antonio filio Petri de Zabalijs diacono, Petro *suprascripto* de Zabalijs, Iohanne quondam Petri de spirano habitatore In Virolaueteri. necnon Antonio quondam Iohannis de cerutis, Dominico quondam Andree de Zabalijs et Bernardino quondam Blasij de Rassis de Pescarolo districtus cremone omnibus habitatoribus In Terra Scorzaroli Testibus Idoneis notis et uocatis per *suprascriptum* Testatorem et asserentibus cognoscere *suprascriptum* Testatorem. Super quibus omnibus ego Iulius de Bayeris publicus notarius presens rogatus fui publicum conficere Instrumentum ad laudem Sapientis. ||

Testamentum Petri quondam Iacobi de Riuettis de Rouado nunc heremite
In Ecclesia Sancti. Petri de Scorzarolo

In fide.



TRADUZIONE

Testamento di Pietro del defunto Giacomo Rivetti di Rovato,
ora eremita della chiesa di San Pietro di Scorzarolo

Nel nome di Cristo, amen. Pietro figlio del defunto Giacomo Rivetti di Rovato, ora eremita nella chiesa di San Pietro di Scorzarolo, sano nella mente benché malato nel fisico, considerando che l'umana vita è fragile e caduca e volendo perciò che i suoi beni mobili e immobili siano disposti così che nessuna lite o controversia nasca tra i suoi discendenti, ha dettato il suo ultimo testamento non olografo come segue.

1. Anzitutto ha affidato la sua anima a Dio onnipotente, quando sarà uscita dal corpo.
2. Ha disposto che la sua salma sia sepolta nella cappella di San Quirico di Verolavecchia⁵, in una cassa di legno, a cura e a spese del suo erede.
3. Ha disposto che l'erede sia tenuto a far celebrare messe gregoriane per un mese dal prete don Tommaso Pelati, curato in Verolavecchia, a rimedio della sua anima.
4. Ha disposto che l'erede sia tenuto a far celebrare un'altra messa all'altare della cappella di San Quirico⁶, per un anno intero subito dopo la morte del testatore, ma solo il mercoledì, a rimedio della sua anima.
5. Ha disposto che l'erede sia tenuto a dare 10 lire *planet* a donna Mattea figlia di maestro Giovanni Zò, residente in Scorzarolo, quando si mariterà, e ciò per amor di Dio e in rimedio della sua anima.
6. Ha disposto che l'erede sia tenuto a dare a donna Giacomina figlia di Pietro Cò un guarnello in buone condizioni, quando si mariterà, e ciò per amor di Dio e in rimedio della sua anima.
7. Ha disposto che l'erede sia tenuto a versare a Faustino e Giovanni Pietro Rivetti di Rovato, fratellastri del testatore, 20 soldi *planet* a testa, dopo la morte del testatore, e ciò per tutto quello che i fratellastri e i loro eredi e successori possano e potranno esigere dei beni del testatore a titolo di successione ereditaria.

⁵ Il testo cancellato diceva: "nella chiesa di San Quirico di Scorzarolo".

⁶ Il testo cancellato diceva: "al secondo altare della chiesa di San Quirico".

ria, o per qualunque altra ragione; vuole inoltre che i fratellastri e i loro eredi si accontentino per sempre del suddetto legato.

8. Ha disposto di lasciare a donna Giacomina figlia del defunto Pietro Capreroni di San Gervasio e moglie legittima del testatore, che sia padrona e maggiore usufruttuaria di tutti i beni del testatore con pieno usufrutto, finché vivrà vedova e onesta; inoltre ha disposto di lasciare alla moglie 40 lire *planet* in controdote.

9. Per tutto il resto dei suoi beni mobili e immobili, diritti ragioni debiti e crediti presenti e futuri e soprattutto nei livelli, salvi i suddetti legati, ha disposto e ordinato suo erede universale ser Pietro del defunto ser Giovanni Girelli di Verola Alghise, o i suoi eredi e successori; mentre ha nominato curatore della moglie e esecutore testamentario Domenico del defunto Agostino Pelati, assente come presente. [...]

Questo testamento è stato dettato e sottoscritto dal testatore Pietro Rivetti, giacente a letto in una camera da letto delle case appartenenti alla chiesa di San Pietro in Scorzarolo, distretto di Brescia; anno della Natività di Cristo 1547, Indizione 5^a, 26 agosto; presenti il rev. don Tommaso Pellati, sacerdote curato in Verolavecchia, Giovanni Antonio figlio di Pietro Zabagli diacono, Pietro Zabagli, Giovanni del defunto Pietro Spirano residenti in Verolavecchia, Antonio del defunto Giovanni Cerutti, Domenico del defunto Andrea Zabagli e Bernardino del defunto Biagio Ressi di Pescarolo, distretto di Cremona, tutti residenti nel paese di Scorzarolo, testimoni.

Di tutto questo io Giulio Baiguera pubblico notaio presente sono stato incaricato di redigere un atto pubblico in forma legale.